Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319023

27

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORDIN.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

BERNARDUS JOHANNES HERMANUS VAN BLARICUM.

Rheno-Trajectinus.

A. D. VII. OCTOBRIS, A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

P. W. VAN DE WEIJER TYPIS MANDAVIT

MDCCCLII.

THESES.

I.

Ususfructus longi temporis praescriptione acquiri nequit.

II.

Dominus tantum et qui jure domini est opus novum nuntiare potest.

III.

Dominus in actione negatoria necesse non habet probare, dominium esse liberum.

IV.

Lex 7. § 13. sol. matrim. et L. 22 de jure dotium inter se non sunt contrariae.

V.

Ad usucapionem servitutis non requiritur titulus nec bona fides.

VI.

Mulier non potest renuntiare senatusconsulto Vellejano.

VII.

Si pignus pignori datur, non est pignus nominis.

VIII.

Jure nostro rei vindicatio proprie instituitur contra possessorem civilem.

IX.

Liberi naturales in testamento olographo agnosci non possunt.

X.

Statuta personalia peregrini in patria nostra ex jure nostro judicanda.

XI.

Donatio inter vivos heredi in linea recta sub titulo oneroso facta conferri non debet.

XII.

Non assentior Clar. Opzoomer statuenti: aliquem plura domicilia habere posse.

XIII.

Interdictionis sententia, confirmata a judice superiore, vim habet a tempore primi judicii.

XIV.

In consignatione pecuniae debitor debet etiam deponere usuras, ad diem depositionis debitas.

XV.

Exceptio nullitatis citationis debet praecedere exceptionem litis pendentis.

XVI.

Assignatarius non habet actionem contra acceptantem.

XVII.

In casu art. 825 C. M. non opus est procuratore ad litem peragendam.

XVIII.

Debitor propter debita civilia potest decoctor declarari.

XIX.

Homologatio pacti remissorii est judicium.

XX.

Si paganus una cum milite delictum cum ex jure militari tum et secundum C. P. puniendum, commiserit, ambo coram judice ordinario sistere debent.

XXI.

Conjux receptatrix ejus, quod maritus furto contrectavit, punienda mihi non videtur.

XXII.

Actio publica contra mulierem adulterii ream, reconciliatione non extinguitur.

XXIII.

Licet judici inquirere, an lex contraria sit legi fundamentali, nec ne.

XXIV.

Non assentior consult: Carnot statuenti: in casu art. 329 C. P. licere etiam extraneo, in ea domo non habitanti, furem nocturnum occidere.

XXV.

Usuras percipere moraliter non est illicitum.

XXVI.

Augmentum pretii protectione acquisitum est tributum in consumentes impositum.